nutriri faciebat. Cū vero pater pullū ſuū ha
bere nō poſſet vermē quēdā de deſerto porta
uit de cui⁹ ſanguine caueā ipam liniuit. ⁊ cō
tinuo fracta fuit: ſicqꝫ pullum inde deduxit.
Iſte vermis eſt xp̄s q̄ dicit in ps. Ego ſum
vermis ⁊ nō hō. Vermis enī nō naſcit̄ p ge-
neratione carnalē: ſed de humore terre virtu
te radij ſolis pducit̄. Et ſic vermis patrē ha
bet in celo. ſ. ſolē. et matrē hꝫ in terra. ſcꝫ terre
humorē. Sic etiā xp̄us hꝫ in celo patrē ſine
matre. et in terra matrē ſine patre. Pulli in-
cluſi in cauea erāt ſancti pr̄es in limbo deten
ti. Sed venit iſte vermicul⁹ et infernū ꝯfre-
git atqꝫ ſanctos pr̄es inde liberauit. Scđo
xp̄s fudit ſanguinē ſuū ꝓpter debiliū cōforta
tionē. Inq̄t enī Grego. Si paſſio xp̄i ad me
moriā reuocet̄ nihil eſt qđ nō equo aīo tole-
ratur. Refert Ariſto. Q̄ ſi fiat vas d̄ cera no
ua et diligenter claudat̄ et in mari ponat̄ aq̄
q̄ p poros ſubintrabit dulcis efficiet̄. Iſtud
vas cereū eſt corpus dn̄icum. Sicut enī cera
generat̄ ab apib9 ſine ꝯmixtione ſic caro xp̄i
fuit generata a virgine ſine corruptōe. Fuit
aūt caro noua q2 nulla peccati vetuſtate vici
ata. fuit etiā clauſa: q2 nulli diabolici tenta-
tioni fuit apta. pori eius ſunt vulnera eius.
Si igit̄ nr̄as amaritudines p recordationē
et deuotionē in vulnera ei⁹ miſerimus moꝝ
in dulcedinē cōuertent̄. Ideo apl̄us ad He-
bre. xij. ca. ait. Recogitate eū q̄ talē ſuſtinuit
a peccatorib9 aduerſus ſemetipm cōtradictio
nem vt nō fatigemini animis veſtris deficiē
tes. Tercio xp̄s ſanguinem fudit ꝓpter cor-
dium cōpunctionem. Nam vt naturales tra
dunt. Adamas lapis nō frangit̄ mallei per-
cuſſione nec ignis aduſtione nec aliqua tp̄is
diuturnitate ſed ſola ſanguinis hircini infu
ſione. Sic multi ſunt q̄ per pn̄iam nō fran-
guntur nec p diuinā cōminationē nec p ſpi
ritus ſancti internā inſpirationē: nec p ſene-
ctutē Frangunt̄ aūt p dn̄ici ſanguinis medi
tationē atqꝫ virtutē. Ideo ieſu xp̄o gr̄as oēs
dicamus q̄ ſua liberalitate p̄cioſo ſanguine
ſuo nos redemit. quē etiā humiliter deprece-
mur vt pducat nos in illā requiē in qua vi-
uit et regnat p infinita ſecula ſeculoꝝ Amē.

¶ Sermo nonus de p̄cipua ſingulariſſima
qꝫ deuotione triū regū qui xp̄m queſierūt et
inuentū humiliter adorarunt offerentes illi
munera aurū thus et myrrham.

MAgi ab oriēte ve
nerūt hieroſolimā. Scribuntur
hec verba originaliter Math. ij.
ca. et in euangelio preſentis ſolennitatis. Cō
mendatur hodierna die ſapiētia triū regum
orientaliū qui mox vt xp̄m natū agnouerūt
ipm ſtudioſiſſime q̄rere ſunt conati. Queſie-
runt quippe illū qui totius orbis conditor et
dn̄s erat ⁊ p ſalute hoīm dignatus eſt de vir
gine naſci. Nec laborauerūt fruſtra quoniā
adepti ſunt qđ volebant. Inuenerūt vtiqꝫ cū
incredibili leticia quē diligebat anima eoꝝ.
Prebet nāqꝫ ſeipm volentibus eū. nec eſt q̄
ſe abſcondat a calore ei⁹. Viderūt magi ipm
paruulū in p̄ſepio pannis inuolutum. Nos
vero ſi voluerimus intuebimur glorioſam fa
ciem ipſius regnātis in celo. Inſuper et apte
diuinitatē pſpiciemus. Curramus ad ipm
ad quē fide ſpe et charitate poterim⁹ puenire
his virtutib9 muniti reges inclyti meruerūt
ducatu noue ſtelle ad xp̄i dei et hoīs preſen-
tiam ꝑperare. Dum ergo in hac ſolēnitate ce-
leberrima eccleſia ſancta recolat iſtorū dn̄oꝝ
erga ieſum xp̄m deuotionē ardentiſſimā pre
cipuamqꝫ ac ſingulariſſimā affectionē. Nos
in hoc ſermone ſub titulo de ipis magis di-
cemus. De quibus tria myſteria erunt decla
randa.

¶ Primum dicit̄ cognitionis.
¶ Secundum inquiſitionis.
¶ Tercium inuentionis
¶ Cognouerūt xp̄m veraciter. Cognitū inqui
ſierunt diligenter. Queſitū vero inuenerunt
letanter.

¶ Qualiter magi cognouerūt xp̄m natū et
quomodo illuminati fuerūt vt crederēt ipm
deum. ¶ Capitulum primū.

PRimū myſteriū declarandū de ipſis
magis d2 cognitio. Ubi querit̄ quō
cum ipi in remotiſ agerent xp̄m natū
cognoſcere potuerūt. Et ad hoc dico q̄ tri-
pliciter inſtructi fuerūt de chriſti natiuitate
iocunda.

¶ Primo per ſignū mirabile.
¶ Secundo per vocē audibilem.
¶ Tercio per gratiā inuiſibilem.
¶ De ſtella que magis apparuit.
¶ Primo illuminati fuerūt vt cognoſcerent
xp̄m natū p ſignū mirabile. q2 viderunt ocu
lis corpis ſtellā fulgentiſſimā ad hoc a deo
pductā vt ſignificaret illis xp̄i natiuitatem.
Sed de hac ſtella tres varie dicunt̄ opinio-
nes. Prima eſt eoꝝ qui dicūt q̄ fuit ſpiritus
ſanct⁹ q̄ ſicut apparuit in linguis igneis apo
ſtolis. ita et magis in ſigno ſtelle. Sed ſaluo
meliori indicio hoc ſtare non pt. qm̄ vt inq̄t
Alex. in primo volumine ſumme. Miſſio vi
ſibilis ſpiritus ſancti eſt ad manifeſtationē
plenitudinis redundātis qualis fuit in xp̄o

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et aliquo mō in apoſtolis. In xp̄o ſiquidem
fuit influentia plenitudinis ꝑ modū cauſe ⁊
ꝑ modū doctrine. ꝑ modū cauſe efficientis q̄
ad naturā diuinā. et ꝑ modū cauſe meritorie
q̄tū ad humanā. Et his duob⁹ modis eſt in
fluentia grē in ſacramētis ꝑ q̄ regenerant̄ ho
mines. Influentia ꝑ modū doctrine fuit in
xp̄o in predicatōe eius ꝑ quā accepimus no
ticiā veritatis. Ideo apparuit viſibiliter ſpi-
ritus ſanct⁹ ſupra xp̄m baptizatū in ſigno co
lumbe et ſuꝑ ip̄m tranſfiguratū in ſigno luci
diſſime nubis. In ap̄lis etiā fuit plenitudo
gratie ſpūs ſancti deſcendens a plenitudine
xp̄i ꝑ modū doctrine et ꝑ modū miniſterij.
Nā de plenitudīe veritatis xp̄i accepim⁹ ex
doctrina ap̄loꝝ. Et de plenitudine grē ꝑ mi
niſteriū ip̄oꝝ in diſpenſatōne ſacramentorū.
Ideo q̄n data fuit auctoritas generalis apo
ſtolis p̄dicandi et baptizandi. datus eſt viſi
biliter ſpūs ſanct⁹. Qn̄ vero trib⁹ magis de-
clarata fuit natiuitas xp̄i. non fuit ip̄is data
auctoritas generalis p̄dicandi vel baptizan
di. Ideo nec ſpūs ſanct⁹ illis miſſus eſt in vi
ſibili ſigno. Secūda opinio eſt alioꝝ qui di
cunt ꝙ ſtella illa fuit angelus q̄ in illa ſpecie
apparuit magis: ſicut apparuit paſtorib⁹ in aſ
ſumpto corꝑe. Sed doctores ꝯtrariū ſenti-
re vident̄. Vn̄ Aug⁹. in ſermone de ep̄hia in
quit. Paſtorib⁹ angeli: magis ſtella xp̄m de-
mōſtrat. vtriſqȝ lingua celoꝝ. q᷑ lingua iam
ceſſauerat ꝓphetarū. Et Grego. in Omelia.
Querendū nobis eſt q̄d nā ſit redemptore na
to paſtorib⁹ in iudea angelus apparuit. atqȝ
ad adorandū hūc ab oriente magos nō ange
lus ſed ſtella ꝑduxit. Quia vicȝ iudeis tanq̄
rōne vtentib⁹. rōnal[illegible]. i. angelus p̄dicare
debuit. Gentiles vero qui vti rōne neſciebāt
ad cognoſcendū deū nō per vocē ſed ꝑ ſigna
perducunt̄. Tercia opinio eſt mathematico
rū qui dicūt ꝙ illa fuit ſtella fatalis ſub cui⁹
cōſtellatōne natus eſt chriſtus. Sed hoc eſt
cōtra veritatē fidei et dignitatē xp̄i naſcētis.
Vnde Aug⁹. cōtra fauſtū ait. Nulli aſtrolo
gi ꝯſtituerunt ita naſcentiū hoīm fata in ſtel
lis vt aliquā ſtellarum hoīe aliquo nato cur
ſus ſui ordinē reliquiſſe et ad eū qui nat⁹ eſt
perrexiſſe aſſererent. Ex quo verius dicim⁹.
ẜm oēs catholicos tractatores vt dicit gloſa
ſuꝑ mattheū. et Tho. iij. ꝑte. q. xxxvi. Ꝙ illa
fuit vera ſtella de nouo ꝓducta que ab alijs
differebat in multis. Primo in origine. quia
nō fuit cum alijs ſtellis die quarta formata.
Dicit̄ eni Gen̄. i. c. ꝙ quarta die fuerūt a deo
diſtincta luminaria celi. Et vt inq̄t Tho. i.
parte. q. lxx. Prima die fuit ꝓducta lux ẜm
cōmunē lucis naturā. quarta vero die attri-
buta eſt luminarib⁹ determinata virt⁹ ad de-
terminatos effectus ẜm ꝙ videm⁹ alios ef-
fectus hr̄e radios ſolis ⁊ alios radiū lune et
ſic de alijs. Et ꝓpter hāc determinationē vir
tutis dicit Dioniſi⁹. iiij. c. de diuinis noīb⁹.
Ꝙ lumē ſolis q̄ꝺ erat informe primo quar-
ta die formatū eſt. Stella vero q̄ magis ap-
paruit ẜm Franciſ. de marone in quodā ſer-
mone. Nō fuit quarta die formata. ſed de no
uo de aliq̄ portiuncula illi⁹ lucis primo crea
te de q̄ formata ſunt alia corpora celeſtia. que
porciuncula fuit diuina ꝓuidentia p̄ſeruata
vt de ip̄a formaret̄ illa ſtella tp̄e quo xp̄s na
ſciturus erat q̄ eſſet de natura aliarū ſtellarū
Ad cōfirmationē aūt dictoꝝ afferam⁹ teſti-
monia merito accipienda. Inq̄t leo papa in
ſermone de epiphania. Tribus magis in re
gione orientis ſtella noue claritatis apparuit
q̄ illuſtrioꝛ ceteris pulcrioꝛqȝ ſiderib⁹ facile
in ſe intuentiū oculos animoſqȝ cōuerteret.
Et Aug⁹. ꝯtra fauſtū ait. Nō ex illis erat ſtel
lis q̄ ab initio creature itinerū ſuoꝝ ordinē
creatoris lege cuſtodiāt. ſed nouo virginis
ꝑtu nouū ſidus apparuit. Et idē in ſermone
de ep̄hia dicit. Dū pendet ad vbera ⁊ vilium
patit̄ deus inuolumēta pannoꝝ repēte nouū
de celo ſidus effulſit. Secūdo differebat illa
ſtella ab alijs in officio. quia ille facte ſunt vt
ſint in ſigna et tp̄a et dies ⁊ annos et luceant
in firmamēto celi. hec vero facta eſt ad ſigni
ficandū xp̄m natū et magos dirigendū. Ex
quo damnant̄ illi q̄ aſſerūt fuiſſe cometā. Cō
tra q̄s ita loquit̄ Calcidius ſuꝑ timeū plato
nis. Nō fuit ſtella illa morbos et mortē de-
nuncias ſed aduentū dei venerabilis. quā cū
ſuſpexiſſent chaldeoꝝ ꝑfecto viri ſapientes
et in reb⁹ aſtroꝝ exercitati q̄ſiſſe dicunt̄ recen
tem ortū dei. Tercio differebat in duratione
q᷑ alie ſtelle ſunt ꝑpetue. hec ꝑacto officio re
redijt in preiacentē materiā. licȝ quidā tene-
ant illā fore reſeruatā in celo empireo vſqȝ
in diē iudicij. et tūc apparebit ad cōfuſionem
iudeoꝝ ſicut et inſtrumēta paſſionis. Quar-
to ſtella illa differebat ab alijs in ſitu. q᷑ non
erat localiter ſita in firmamēto ſed pendebat
in meditullio aeris ꝓxima terre. Et licet di-
ctum ſit ſuperi⁹ ꝙ apparuit in celo. in ſcriptu
ra tn̄ ſacra aer dicit̄ celū. Vn̄ in pſ. Volucres
celi ⁊ piſces maris. Quinto differebat in mo
tu. tū q᷑ ille ſtelle naturales incedūt via circu
lari. hec aūt ẜm Criſoſto. incedebat via trian
gulari. ſ. ab oriēte ꝑ perſidē in hieruſalē. Nā

Oriens terra iuda ⁊ ꝑſida inuicē ſunt diſpoſi
ta ſm̄ triangulū. verbi grā vide figurā.

Tum etiā differebat q̄ꝫtum ad motū interci-
ſum. nā oēs alie ſtelle vel ꝑ accidēs vel per ſe
ſemꝑ mouent̄ et nūq̄ꝫ ſtant. Et licet ſint aliq̄
planete ſtationarij aliq̄n ceſſantes a motu ꝑ
ſe quē habent in orbe ſuo tn̄ mouent̄ cōtinue
et ſꝑ motu ꝑ accidens quē habēt ex motu nō
ſuo qḋ ē firmamētū ſeu octaua ſpera: hec aūt
ſtella habebat motū quietibus interciſum ſi
cut habebāt magi qui nō ſemꝑ ambulabant.
Sexto illa ſtella differebat ab alijs in fulgo
re. erat enī ceteris ſplendidioꝛ. nec ſplendoꝛē
eius poterat obſcurare ſplendoꝛ ſolis immo
in meridie apparebat lucidiſſima. Septimo
differebat in apparitōe. Nam q̄n magi intra
runt in hieruſalē diſpenſatōe dei ſtella ſub-
traxit ſe. Et iterū poſt exitū de ciuitate vide-
runt illā. Factū eſt aūt hoc. Primo vt magi
cōfirmarent̄ de veritate xp̄i nati teſtimonio
duplicato. ſ. ſtelle ⁊ doctoꝝ legis. Vn̄ leo pa
pa in ſermone ita dicit. Per iudeoꝝ ſcribas
atq̄ꝫ doctores qḋ ſacra de ortu xp̄i ꝓnuncia-
uerat ſcriptura didicerūt vt gemino teſtimo
nio cōfirmati ardentioꝛi fide expeterēt que et
ſtelle claritas et ꝓphetie manifeſtabat auctoꝛi
tas. Sc̄do ſubtraxit ſe ſtella vt iudei inexcu
ſabiles redderent̄. Vn̄ Hiero. ſuꝑ mattheū
ait. Deſerunt̄ magi ſtelle inditio vt ſacerdo-
tes a magis interrogati de xp̄o inexcuſabi-
les fierēt de aduētu eius. Diximus de illius
ſtelle qualitate q̄ magis apparuit et xp̄m na-
tum monſtrauit. Sed quō inquies hoc ipſi
potuerūt intelligere. Ideo nos ꝓmiſimꝰ q̄
ipi illuminati fuerūt vt cognoſcerent chꝛiſtū
natū ꝑ vocē audibilē: nec hoc repugnat ſnīe
Grego. q̄ dixit paulo ante. q̄ gentiles nō per
vocē ſed ꝑ ſigna ad cognoſcendū dn̄m ſunt
ꝑducti. Quia verū dixi q̄ꝫtum ad initiū co-
gnitionis. Apparuit quidē eis pꝛimo ſignū
ſtelle quā cū admiratōe aſpicientes deſidera-
bant intelligere q̄d hoc eſſet. Et vel vigilāti-
bus vel doꝛmientibus angelus myſteriū xp̄i
nati declarauit. hoc videt̄ opinando Augꝰ.
aſſerere. Vn̄ in ſermone de ephia ait. Si di-
cturus es a quibꝫ audierūt q̄ talis ſtella xp̄m
natū ſignificaret. ꝑfecto ab angelis aliq̄ mo
nitōe reuelatōnis. Criſo. vero ſuꝑ mattheū
narrat ſe inueniſſe ī quibuſdā libris licꝫ apo
criphis. q̄ in ꝑtibus oꝛientis erāt quidā ſa-
pientiſſimi reges qui vel deſcenderāt de ſtir-
pe Balaā vel ad eos eiꝰ ꝓphetia ꝑuenerat in
qua dixit. Orient̄ ſtella ex iacob ex qua diuul
gatū fuit apud eos. q̄ naſcēte xp̄o ſtella que
dam admirabilis ⁊ inſolita appareret. quare
ſtatuerūt vt eligerent̄ duodecim q̄ ſollicite cō
ſiderarēt oꝛtū illius ſtelle. Nō vt meliꝰ face-
rent in quodā altiſſimo monte vbi ſemꝑ erat
aer puriſſimus ꝯſtrui fecerūt pulcerrimū pa
latium cū copia rerū neceſſariarū ad victum
Et ibi ꝑmanebant iſti deuote ꝑ̄cantes deuꝫ
vt ſtellā hanc ipis oſtenderet. Quibus oꝛan
tibus nocte media quādo natuſ eſt xp̄s appa
ruit ſuꝑ eos in aere ſtella ꝑ̄fulgida et pulcer-
rima. in cuius ſummitate erat imago pueri
paruuli: ſuꝑ cuius capite crux ſplendebat q̄
illis dixit. Ite velocius in terrā iuda et ibi re
gem xp̄m deū et hoīeꝫ natū inuenietis. Nar
rauerūt vero iſta ſapientibꝫ regionis illius q̄
de ipis tres elegerūt qui irēt et munera ꝑ̄cio
ſa deferrēt et puerū natū adoꝛarēt. ¶ Tercio
illuminati fuerunt hi reges vt xp̄m natū co-
gnoſcerēt ꝑ grām inuiſibilē. Vn̄ leo papa in
ſermone ait. Preter illā ſpeciē ſtelle q̄ coꝛpo-
reū excitauit aſpectū fulgentioꝛ veritatis ra-
dius eoꝝ coꝛda ꝑdocuit. Sicut enī ꝓphete
in viſione imaginaria illuſtrabāt̄ intrinſecꝰ
vt intelligerēt dei ſecreta vētura. Ita potuit
eſſe vt aſpiciētes magi ſignū viſibil' ſtelle illūi
narent̄ adeo vt ꝯgnoſcerēt q̄ natꝰ erat xp̄s.
¶ Quare tres illi reges dicunt̄ magi. et quo
tempoꝛe venerūt ad xp̄m. et q̄n turbatus eſt
herodes.

¶ Capitulū ſecundū.

Secundū myſteriū declarandum de
magis dr̄ inq̄ſitio. Inquiſierūt xp̄m
natū diligēter vt ꝑꝫ in littera ſancti
euāgelij. vbi nos tres ꝯſideratōes faciemus
Pꝛima dicit̄ noīationis.
¶ Secunda determinationis.
¶ Tercia turbationis.
¶ Pꝛima cōſideratio dicit̄ noīationis in q̄
videndū eſt cur iſti reges nuncupant̄ magi.
Et de hoc ſtat triplex ſnīa ſm̄ q̄ magꝰ tripli
citer dr̄. Nā magꝰ dicit̄ illuſoꝛ maleficꝰ ⁊ ſa-
piens. Dicūt ergo quidā hos reges ab affe-
ctu dictos fuiſſe magos. i. illuſoꝛes ex eo. ſ. q̄
herodē illuſerūt. q꞉ ad eū nō redierūt. Magꝰ
iterū dr̄ maleficus. vn̄ malefici pharaonis
dicunt̄ magi. Et inde aſſerunt aliq̄ hos ma
gos vocatos q꞉ fuerāt ante malefici ſꝫ poſtea
cōuerſi. q̄bus dn̄s voluit natiuitatē ſuā reue
lare ⁊ eos ad ſe adducere vt ꝑ hoc peccatoribꝫ
exhiberet fiduciā Inſuꝑ magus idē eſt qḋ ſa

piens. Nam per ſe magus. hebraice ſcriba.
grece philoſophus. latine ſapiēs dicit̄. Di-
cantur ꝰ magi. i. ſapiētes. Vn̄ magi q̄ſi in ſa
pientia magni. Noīa vero ꝓpria iſtoꝝ ſm̄ ali
quos in hebreo ſunt Appelleius. Amecius.
Damaſcꝰ. In greco aūt Galgalath. Mal-
galat. Sarachim. In latino Caſpar Balda
ſar. Melchior. ¶ Scōa ꝯſideratio dr̄ deter
minatōnis. in q̄ querendū eſt q̄ tp̄e iſti vene-
rūt ad xp̄m. Et circa hoc varia ē opinio mul
torū. Quidā eni opinati ſunt ꝙ per biennū
an̄ xp̄i natiuitatē apparuit ſtella ⁊ tūc mirabā
tur magi q̄d eſſet. Xp̄o aūt nato reuelatū eſt
magis ꝑ angelos ꝙ ſtella ſignificabat xp̄m
natū. Et tūc inceperūt venire ⁊ in tredecim
diebꝫ venerūt et puerū adorauerūt. Alij vero
exiſtimauerūt ꝙ multo tp̄e an̄ xp̄i natiuitatē
ſtella magis apparuit. Et tūc ceperūt venire
et ꝓpter nimiā diſtantiā poſuerūt totū illum
annū ad itinerandū. In tredecima vero die
alterꝰ anni cū xp̄s adhuc erat in cunabilis
applicuerūt ad ip̄m. Nōnulli inſuꝑ tenēt ꝙ
in die natiuitatis apparuit ſtella Et tūc magi
inceperūt venire. Et poſt annū. xiij. die ſcōi
anni ꝑuenerūt ad xp̄m. Sed cōis opinio hꝫ
ꝙ in natiuitate dn̄i p̄mo ſtella magis apparu
it. Et tūc ceperūt iter ſuū et. xiij. die ꝑperarūt
ad xp̄m. Et ſi diceret̄ quō in tā breui ſpacio
potuerūt longiſſima itinera ꝑtrāſire. Rn̄det
Remigiꝰ ꝙ puer ad quē ꝑperabāt eos in tam
paruo tp̄e perducere potuit. Vel habuerunt
dromedarios q̄ ſunt aīalia velociſſima et tm̄
currūt in vno die q̄ſtum equus in tribꝫ. nec
impoſſibile videri debet aut difficile ſatis ſi
velocitatē venientiū regū aſcribimus aut na
turali virtuti animaliū predictoꝝ. aut qđ ma
ius eſt virtuti diuine. Cū Solinꝰ veraciſſi
me ſcribat i li. de mirabilibꝫ mūdi. Ex aniſſe-
nacon et filonidos Alexādri magni curſo-
res mille ducēta ſtadia vnaꝰ die tranſierūt q̄
ſunt miliaria centū quīquaginta. qm̄ ſtadiū
eſt octaua ꝑs miliaris. Inquit eni Plinius
li. i. de naturali hiſtoria. c. xxiij. Stadiū vi-
gintiquinqꝫ noſtros efficit paſſus. Vel ſi re
ges prenoīati de ꝓgenie Balaam fuere. Re
gio coꝝ nō multū diſtabat a terra promiſſio
nis. Icciroo potuerūt iter ſuū tā expedite ꝑfi
cere. Et qđ dicit̄ illos ab oriēte veniſſe intelli
gi ꝑt quaſi ab illa regione venerūt q̄ iudeis
in ꝑte oriētali eſt ꝓpinqua. venerūt itaqꝫ hie-
roſolimā q̄ erat ciuitas ſacerdotalis ⁊ regia
et ad illā direxit eos ſtella quā ſequebantur.
¶ Tercia cōſideratio dr̄ turbatōnis. Cū eni
quererent magi de xp̄o nato atqꝫ enarrarent
que viderāt. audiēs rex herodes turbatꝰ eſt.

Primo ne ip̄e tanq̄ꝫ alienigena pelleret̄ a re-
gno. Vnde Criſoſto. ſuꝑ mattheū ait. Ideo
turbat̄ audiens regē natuꝫ iudeis ex genere
iudeoꝝ. cū ip̄e eſſet ex genere idumeus ne re-
gno reuoluto iterū ad iudeos ip̄e a iudeis ex
pelleret̄ et ſemē eius poſt ip̄m ꝑcideretur a re
gno. Semꝑ eni grandis poteſtas maiori ti-
mori ſubiecta eſt. Sicut eni ramos arborū
in excelſo poſitarū etiaꝫ ſi leuis aura flauerit
mouet. ſic et ſublimes hoīes etiā leuis nun-
cius cōturbat. Humiles aūt ſicut in cōualle
plerūqꝫ in trāquillitate ꝯſiſtunt. Hinc Oui
dius li. de triſtibꝫ ait. Viue tibi et longe no-
mina magna fuge. Viue tibi quecūqꝫ potes
ꝑ luſtria vita. Effugit hibernas demiſſa an-
tenna ꝓcellas. Lataqꝫ plus ꝑuis vela timo-
ris habēt. Ad qđ ꝓpoſitū Seneca in trage-
dijs dicit. Stet quicūqꝫ volet potēs. Aule
culmine lubrico me dulcis ſaturet quies. Ec
ce ꝙ herodes ex verbis magorū turbauit ſe
ip̄m dubitans amittere regnū cui ſic loquit̄
etiā in hymno. Hoſtis herodes impie xp̄m
venire q̄d times nō arripit mortalia q̄ regna
dat celeſtia. Secūdō turbatus eſt herodes
vt dicit gloſa nō ſolū ꝓpter ſe ſed ꝓpter irā ro-
manoꝝ quā timebat occurrere ſi diſſimulaſ-
ſet aut ꝑmiſiſſet ꝙ aliq̄s rex vocaret̄ ſine illo-
rū ꝯſenſu. Et oīs hieroſolima turbata eſt cū
herode. i. oēs hieroſolimitani et ponit̄ cōti-
nens ꝓ ꝯtento. Turbati ſunt ergo illi de hie
ruſalē. tū vt regi turbato adularent̄ ſm̄ glo.
tū q2 ex hoc timuerūt ne p̄n̄te et venturo rege
ad inuicē certantibꝫ ip̄i vt dicit Criſoſto. ꝑ-
turbatōibꝫ inuoluerent̄. Tunc herodes oēs
ſacerdotes et ſcribas ꝯgregās ſciſcitabat̄ ab
eis vbi xp̄us naſceret̄. Et cū didiciſſet ꝙ in
bethleem iudę aduocatis ad ſe clam magis
diligent̄ didicit ab eiſ tp̄s ſtelle dixitqꝫ eis vt
inuēto puero ad eū redirēt ſimulās eū velle
adorare quē volebat occidere. Vn̄ Criſoſto.
ſuꝑ math. inq̄t. Deuotionē ꝓmittebat ſꝫ gla
diū acuebat ⁊ malitiā ſui cordis humilitatis
colore depingebat. Et Grego. in omel. Ado
rare ſe eū velle ſimulat vt quaſi hūc ſi inueni
re poſſit extinguat.

¶ Qualiter magi inuentum chriſtum ado-
rarunt et de muneribus oblatis chriſto ⁊ de
illorū reuerſione.

¶ Capitulum terciū.

Tercium myſteriū declarandū de ma
gis dicitur inuentio. Queſitū q̄ ꝑ tp̄e
xp̄m inuenerūt letanter. Audito eni
teſtimonioꝰ de chriſto nato de ſcripturis ac-
cepto et verbis herodis de inquiſitōe pueri.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iter quod ceperāt ꝓficere ſtuduerūt. Et exeuntes hieruſalē iterū viderūt ſtellā eos antecedentē que veniēs ſtetit immobilis ſupra locū vbi puer erat. Et intrantes domū inuenerūt puerū cum maria matre eius. Hic vero cōſideranda occurrūt principaliter tria.

Primum dicitur adoratio.
Secundum oblatio.
Tercium reuerſio.

¶ Primū qđ occurrit conſiderandū dicitur adoratio. q꞉ ꝓcidentes adorauerūt eū adoratione. ſ. latrie. firmiter ipm credentes eſſe deum. Unde Leo papa in ſermone ait. Adorant magi in carne verbū. in infantia ſapientiam. in infirmitate virtutē. in hoīs veritate thronū maieſtatis. Et Bernar. deuotiſſime ſic exclamat. Quid facitis ꝙ aurū offertis: ergo rex eſt iſte. Et vbi ē aula regia vbi thronus vbi curie regalis frequētia. Nunq̇d aula eſt ſtabulū. thronus ꝑſepiū curie frequētia ioſeph et maria. Iſti inſipiētes facti ſunt vt fierent ſapiētes. ¶ Secundū qđ occurrit cōſiderandū dicit᷑ oblatio Apertis enī theſauris ſuis obtulerūt ei munera aurū thus ⁊ mirrhā. Nā vt Remigi⁹ inq̇t. Fuit traditio antiquorū vt nullus ad deū vel ad regē vacuus introiret. Perſi aūt et chaldei cōſueuerūt offerre aurū thus et mirrhā quib⁹ regio eoꝝ abūdat. Utrum autē oēs illi tres obtulerunt oīa iſta. diuerſimode tenet᷑ a multis. Quidā enī dicūt ꝙ vnus eoꝝ ꝓ oībus obtulit iſta munera. Alij vero ꝙ vnus obtulit aurū alius thus alius mirrhā. Alijs videtur et melius ꝙ quilibet eoꝝ obtulit iſta tria. Eſt autē talium munerū oblationis ratio myſtica ſcđm Auguſti. in ſermone de ephia. q꞉ aurū ad tributū. thus ad ſacrificiū. mirrha ad ſepulturam ꝑtinet mortuorū. Aurū ergo ſoluit᷑ q̄ſi regi magno. thus immolat᷑ vero deo. et mirrha tāq̄ ꝓ ſalute hoī morituro. ita ꝙ tria ꝑdicta ſignificabant in xpo regiā poteſtatē diuinā maieſtatē et humanā mortalitatē. Quis nō explicet quali geſtu q̄ blanda facie infantulus ille ieſus magos excipiebat. Quis etiam excogitare valeat q̄ grauiſſima et admiranda fuerūt ad magos reſponſa modeſtiſſime virginis. Quis adhuc inueſtigare ſufficiat illoꝝ regū immobilē fidē. Crediderūt vt predictū eſt ⁊ adorauerūt xpm deū quē cōſpiciebant in paruo tugurio natū de paupcula matre. Inuenerūt quippe illā vt Criſoſto. dicit ſup matheū. Nō diademate coronatam. nō in lecto aureo recūbentem. ſed vix tunicā habentē vnā nō ad ornatum corporis: ſed ad nuditatis tegumentū qualē habere poterat carpentarij vxor peregre cōſtituta. ¶ Terciū quod occurrit cōſiderandum dicit᷑ reuerſio. Nam vt dicit᷑ in euangelio. Reſponſo accepto in ſomnis ne rediret ad herodē per aliā viā reuerſi ſunt in regionē ſuam. Conceperat quippe ambitioſus et fallax herodes interficere puerū inuentū a magis et inſuper ipos de chriſto loquentes. Quo factū eſt vt benignitas dei monuerit eos ne ad herodē redirent. ne ſic agnoſceret natū puerū nec magis inferret iacturā. In ſomnis vero admoniti eſſe dicūtur vel ab angelo dei nuncio. vel ab ipo deo immediate. Nec infantul⁹ ieſus ad ipos locutus eſt vt vera eius humanitas haberetur. Mira certe et laudibus attollenda fuit iſtorū magoꝝ fides. qm̄ vt Criſoſto. ait Non ſcandalizati ſunt in ſeipis dicētes. Si magnus puer eſt hic que neceſſitas fuge eſt et occulte receſſionis. Cum vero redierūt ad propria multos de xpi myſterijs erudierūt. Et deniq꞉ cū thomas apl's ad ꝓuinciam illā applicuiſſet baptizati ſunt. factiq꞉ ſunt adiutores ꝑdicationis illius. quorū corpora poſt felicē mortē primo ꝑ helenā Coſtantini matrem reperta ⁊ in cōſtantinopolim tranſlata. Poſtea ꝑ ſanctū Euſtorgiū mediolanenſiū archiepm Mediolanū ꝑducta. Ultimo per Fredericū imperatorē in Coloniā theothonie ſunt delata. Anime vero ſimul cum xpo viuunt in eterna gloria Amen. Reinoldus Archiepiscopus Coloniensis detulit 1162

¶ Sermo decimus de baptiſmo xpi qn̄. ſ. in iordane voluit a iohanne baptizari.

Uenit ieſus a galilea in iordanē ad iohannē vt baptizaretur ab eo. Scribunt᷑ hec verba Math. iij. ca. Oia q̄ geſſit ſaluator nr̄ dn̄s ieſus xps etiā ſm hoiem digne et rōnabiliter facta fuiſſe firmiter eſt tenendum. In ſingulis enī actibus et opib⁹ ei⁹ aderat ei imperiū rōnis et lumē diuinitatis. Nihil in eo reprehēſibile inuenire potuit cuncta rectiſſime diſponebat. Cū autē ad iohannē acceſſit popoſcitq꞉ baptizari officiū vtiq꞉ ſanctimonie ⁊ virtutis exoluit. nō ſe aut leuē aut peccatorē oñdit. Propterea vt hoc clari⁹ innoteſcat in p̄nti ſermone de xpo baptizato verba faciem⁹ cōtemplabimurq꞉ tria myſteria.

Primū dicit᷑ ꝑſone baptizantis.
Secundū circumſtantia cōgruentis.
Terciū apparitionis excellentis.

¶ Qualiter xps baptizatus fuit a iohāne et de illi⁹ baptiſmi ꝯditōib⁹. ¶ Capitulū. i.

Primū myſteriū ꝯtemplandū de xpo baptizato dicit᷑ perſone baptizantis.